

Patribus assignatis.) Aut ad testes recipiendos, aut ad sententiam proferendam, ut probavi in cap. consilium, hoc titulus.

b Regi.) Potest enim Rex Episcopos vocare, ad ejusque vocationem venire tenentur, c. si Episcopus, 18. de c. si de rebus 12. q. 2. c. cum parati 19. de appell. leg. 15. tit. 23. par. 2. leg. 13. tit. 3. l. 4. recipi. ubi docet Arevedus.

c Annuatipersona condigna.) Sed quare etiam contra ipsam Principem, & Archiepiscopum impediens jurisdictionem non procedit delegatus virtute delegationis, ut in c. 1. Et 7. hoc tit. probavi. Sed respondetur, verum esse, contra impediens jurisdictionem delegatam, posse delegatum procedere, si scierit, & dolose ejus turbaverit exercitium, non vero si jure proprio utentes, absque dolo, vel fraude usum jurisdictionis delegatæ impediunt, tunc enim a delegato puniri non valent, ut contingit in presenti, licet enim per vocationem Principis impedita videatur jurisdictionis delegata, non tamen fraudulenter, aut malefice; culpam enim tantum contraxit unus ex litigatoribus, qui procuravit delegatum judicem a Principe, vel Archiepiscopo evocari ad diem, quam ipse ju-

dex delegatus paribus assignaverat, ut coram ipso compareret ad procedendum in causa, eo animo, ut negotium diutius prorogaretur; & ideo Innocentius in presenti decrevit, ut si delegato consisteret hanc dilationem a parte fuisse procuratam, ne possit die statuta in causa procedere, animadvertens condigna pars puniatur, malitia enim supponitur in affectata vocatione, ne ex hujusmodi fraude commodum consequatur, c. si res, c. plurimique, c. significavit, qui matrimonium accusata, l. si a jumbo, ff. de re judicata.

d Committat.) Juxta facultatem a lege sibi concessam, ut probavi in c. 5. hoc tit. & tunc subdelegatus procedit appellatione remota, non auctoritate subdelegantis, quia delegatus etiam Principis cum clausula, appellatio remota, subdelegare non potest, sed auctoritate Pontificis, c. super questionum, §. si pro, & §. nos autem, hoc tit. quod indulget Pontifex in odium partis absentiam judicis delegati procurantis, in c. cum de hoc tit. quemadmodum ipse Pontifex poterat adjecta ea clausula cautam committere, capit. 2. de multis jurisdictionibus, capit. inter ceteras, de re judic. capit. secundo requirit, cap. postremo, c. pastoralis de appell. Oualdus l. 28. Donelli, c. 6. littera X, Covar. practic. q. 33. n. 6. Pichardus in manu dicit, q. 7. n. 7. late probavi in c. 1. de rescriptis.

C A P U T XXIX.

Idem Abbati a S. Hilarii, & Magistro G. Canon. b Tervisino.

EX litteris Patriarchæ Granden. accepimus, quod cum dil. fil. c Grenden. d Primicerius, & e Plebanus S. Sophiae de Venetiis, quibus causa, que inter clericos S. Justina, & A. Presbyterum, super eo, quod idem Presbyter clericum se ipsius Ecclesie assereret, agitari dignoscitur, a nobis fuerat delegata, mandavimus eidem, ut memoratos clericos, qui per Archiepiscopum f. Paduanum, ad quem fuerat super eodem negotio quoddam rescriptum obtentum, in quo, sicut asseritur, de prioribus litteris mentio non fiebat, denunciati fuerunt excommunicationis vinculo subjacere, nisi prædictum Presbyterum in sociam reciperent, & in fratrem, idem Patriarcha denunciaret anathematis vinculo non ligatos: ipse novus eidem iudicibus in hac parte parere, qui nostra funderant auctoritate, maxime cum ven. f. n. g. Castell. Episcopus ipse super hoc parendum non dixerit requisitus, clericis S. Mariz Formosa mandatum prædictorum iudicum per suas litteras nuntiavit, quas dil. fil. n. Archid. Castell. Plebanus, ejusdem Ecclesie legi publice coram populo non permisit. Et infra: Unde considerans idem Patriarcha Archidiaconum ipsum per tantarum injuriarum excessum non se tantummodo, sed etiam Granden. Ecclesiam, imo nos ipsos graviter offendisse, tam ipsum Archidiaconum, quam prædictam Ecclesiam ecclesiastico suppedito interdixit. Et infra: Cum igitur super præmissis, & aliis utriusque partis per procuratores fuisset coram dil. fil. I. sanctorum Colmæ, & Damiani Diac. Card. quem auditorem dedimus eidem, diutius ligatum, & ipse nobis que audierat, fideliter reulisset, quia nobis consistere non potuit, an per litteras, que ad Paduan. Archid. impetrata dicuntur, cum nobis offensæ non fuerint, revocata fuerint litteræ ad prædictos Primicerium, & Plebanum obtentæ: causam ipsam vestro duximus examini committendam, per A. f. m. quatenus nisi vobis consisterit, quod litteræ, que secundo loco ad Archiepiscopum Paduan. impetrata dicuntur, de prioribus litteris ad Primicerium Granden. & Plebanum S. Sophiae obtentis expressam fecerint mentionem, ut per secundas primæ apparent litteræ revocata, cum primos iudices auctoritate litterarum nostrarum jurisdictionem non sit dubium habuisse, quam potuerunt postmodum Patriarchæ quoad executionem suæ sententia demandare, ex qua coercionem etiam idem Patriarcha receverat; cum hujusmodi demandata jurisdictione delentoria videretur, si subdelegatus hujusmodi coercionem, aliquam non haberet, interdixit sententiam ab eodem Patriarcha in prædictum Archidiacon. promulgatam, pro eo quod ipse Patriarcha prædicti executionem impediens, ejus litteras legi in publicum non permisit, tamdiu faceratis involubiliter observari, donec eidem Patriarchæ de injuriis irrogatis sufficienter fuerit satisfactum. Si vero consisterit, primas litteras per secundas legitime revocatas, cum apparent primos iudices jurisdictionem nullam penitus habuisse, & ita confect per consequentiam Patriarcham ipsum non recepisse jurisdictionem, vel coercionem aliquam ab eisdem; prædictam interdixit sententiam ab eodem Patriarcha prolatam denunciatis irritam, & inanem.

NOTÆ.

a Stilarii.) Ordinis D. Benedicti; Venetiis enim suus monasteria S. Georgii, & S. Hilarii, cujus Abbati iussu est præfatus dectio.

b Tervisino.) Ita legitur in hac sexta collectione, De Ecclesia Tervisina aliqua adduxi in c. 1. de constitutionibus.

c Granden.) Grandensis civitas fuit prope Venetias, paludibus & flumine circumseptæ, in qua Episcopus Grandensis residebat, qui erat Patriarcha totius litrie; sed propter ejus civitatis intemperiam Nicolaus V. anno 1441. transfudit Patriarchalem Seden in inelytam Venetiarum urbem, cujus Præf. antea Castellanus Episcopus dicebatur ab insula Castellana, que Castrioliolus dicebatur. Hic Patriarcha est ex minoribus, ut etiam est Aquilejensis. Ejus mentio fit in c. unico, de eo qui mittitur in possess. cap. constitutus 23. de appell. c. erubescant, 32. dist. c. dilecti 13. de majori. Et obedi. c. fin. de causis possess. Pro hujus autem Patriarchatus origine repetenda, sciendum est, Gothorum Reges Episcopos Italici Regni Patriarcharum nomine decorasse, ut constat ex Atalrici Regis epistola ad Joannem Papam, apud Cassiodorum l. 9. Occupata enim ab Imperatoribus Constantinopoli, litria & Venetia provincia parte maritima, Aquilejensis Episcopatus divisus fuit, & Gradus, que est maris Venetici insula, constitutus fuit Caudianus Episcopus anno 605. qui Patriarcha Grandensis, sive novæ Aquilejæ dicitur est. Sopito tandem schismate, Aquilejensis Patriarcha nomen, & locum suum retinuit ex lege, ut Grandensis quoque dignitate sua non excideret. Verum illi tantum nomina Patriarchæ erant, ulquodum privilegii Romanz Ecclesie illis indultum fuit, ut præ ceteris

Italiz Archiepiscopis Primatus honore fruarentur: quod privilegium Leo VIII. Rodaldo Aquilejensi Præfati concessit anno 980. in litteris, quas refert Joannes Candelidus lib. 9. Prosequuntur hujus Patriarchatus progressum Cujacius in cap. 3. de foro comper. Cironius in cap. unico, de eo qui mittitur, in 5. compil. Philippus Berterius diatriba 2. pag. 131. Barbola l. 1. variis eccl. cap. 6.

d Primicerius.) De hujus officio, & dignitate egi in cap. unico, de officio Primicerii.

e Plebanus.) Quis dicatur, notavi in cap. 1. de officio Archiepiscopi.

f Paduanum. Paduana civitas Venetorum est, cujus circuitus per septem millia passuum extenditur: ejus amplitudinem, & gymnasium describit Justinianus l. 6. hiber. Venet. pag. 102. in ea nati fuerunt Titus Livius, Valerius Flaccus, Volusius poeta, & Paulus Jurisconsultus.

g Castellæ Episcopus.) Episcopus Castrioliolæ dicebatur olim Episcopus Castellanus, in eam enim urbem tempore Adriani Pontificis translata fuit ex Venetiis Sedes Episcopalis, ut probat Cironius in d. c. unico, de eo qui mittitur.

h Interdictio.) Delegatus enim iudex potest excommunicationem, interdictionem, & similes censuras imponere, ut probavi in cap. 1. hoc tit.

i Aliquam non haberet.) Cap. pastoralis 28. hoc tit. ubi hæc verba expolui.

Ex hoc textu duplex assertio deduci solet a repetentibus. Prima videlicet, Per secundam rescriptum non cessare primum, nisi ejus fiat expressa mentio, quam examinavi in c. ceterum 3. de rescriptis. Secunda, iudicem delegatum posse coercere impediens usum suæ jurisdictionis; quam illustravi late in c. 1. hoc tit.

CAPUT

C A P U T XXX.

Idem Episcopo a Piçtavo.

Licet undique confluentium negotiorum multiplicitas copiosa nostrum animum ad curas varias impellere non desistat: f. tamen tam, quam sincera compleximur in Domino charitate, sollicitudinem ad tempus deponere compulsi, qualis in exequendis aliis ex debito pastoralis officii gerebamus, atque tuam dubitationem Apolliticæ certificare responso. Cum igitur a nobis duxeris requirendum, si causam aliquam b tribus iudicibus delegamus, in nostris apponi litteris illam clausulam facientes, Quod si non c omnes his exequendis poteritis interesse, duo vestrum eam nihilominus exequantur; & unus postquam commiserit curam ex aliis vices suas, de medio sit sublatas, tertius ut suspectus merito recusetur, an collegam superstes suo nomine, ac defuncti possit negotium diffinire. Inquisitioni tuæ t. respondemus, quod b jurisdictione a suo sibi collega delegata, eo vivente uti non ceperit, quia mandatum hujusmodi re integra morte mandatoris expiravit, non habet solus officium iudicandi: si vero ante mortem illius jurisdictione uti ceperit taliter demandata, vices suas, & illius poterit adimplere.

NOTÆ.

a Piçtavo.) Mauricio videlicet, antea Episcopo Nannetensi. De Piçtaviensi Ecclesia nonnulla prænotavi in cap. super 20. de rescriptis.

b Tribus iudicibus.) Ita textum restituimus ex tertia collectione, q. 6. locus tituli. Cum enim Episcopo Piçtaviensi, & Petragariensi, & Arnaldo Archidiacono ipsius Ecclesie correctio monasterii Cadunienis commissa esset, cujus delegatio

nis litteræ reperitur in epistolis Innocentii III. a Sirleto recognitis, pag. 68. & Mauricius consulisset Innocentium I. pium, an si unum ex prædictis tribus iudicibus recusetur, alii duo superstites in causa procedere possint, illi referat Innocentius III. in presenti.

c Quod si non omnes.) Hujus clausula vim, & potestatem expolui in c. suscipimus, de rescriptis, & hujus textus commentarium dedi in cap. granum, hoc tit.

C A P U T XXXI.

Idem Episcopo a Bajocen.

Cum in iure peritus, Et infra: Præterea quavisisti, cum tibi ab aliquo sub hac forma mandatur: Auctoritate qua fungor, injungo, ut talem denuntias excommunicationis sententia subjacere; ac tibi super mandato Apollitico hesitanti ab aliquo non sit facta fides, an mandatum hujusmodi exequi tenearis? Super quo hujusmodi tibi damus responsum, quod nisi de mandato Sed Apoll. certis extiterit, exequi non cogaris quod mandatur.

NOTÆ.

a Bajocen.) Præsentem inscriptionem exposui in cap. cum iure perito, de elec. ubi est alia pars hujus decisionis.

COMMENTARIUM.

EX hoc textu sequens deducitur assertio: *Judex delegatus ante omnia debet delegationem probare litteris commissionis eam Ordinario exhibitis.* Probant hæc assertioem textus in c. cum non habeat 24. de rescriptis, c. 2. de dilectis, c. cum a nobis 28. de rescriptis, c. perro 7. juxta Glossa verbo inscriptionis, de privileg. c. illud, de elec. excom. extravag. 1. de elec. l. un. C. de mandatis. Præmissum q. 1. prohibemus 3. veli. Tunc enim, C. de iure iudic. lib. 20. munitur de collatorib. cellar. q. 5. c. ubi; ibi: Eos autem, qui in provinciis pro quibuscumque publicis executionibus diripiunt, & non aliter inchoare executionem, nisi prius provinciali iudicio infirmaverint impositis sibi de eo iustissimos, ut exsolventes fiscalia tributa, nulli pro his periculo, aut damno subiciantur, hoc ipso & super privatis negotiis observando. *Eccl. probaturus q. de G. hulle l. 13. in Basilicis lib. 2. tit. 6. cap. 18. ita legitur:* Si quis, cum quolibet secreto veniat dicens, sine scripto a Principe, pe mandatum, et fides non adhibetur, quantumque diripiuntur, qui id asserit. *Consolantur lex 1. tit. 17. l. 1. fori, lex ultima, tit. 27. l. 9. recipit, plures Roca decisiones, que cumular Penna 1. 2. decif. 216. Garcia de benef. §. 7. c. 2. n. 16. Illustrat plures relati a Barbosa in præfati, quibus addendi sunt Narbona in l. 60. tit. 4. l. 2. recipit. Salgado de probat. Regia 4. p. 266. n. 42. S. de revisionibus bullarum c. 30. §. 4. n. 11. Sanchez 1. 1. consil. 1. 2. c. non habet 27. & de martini. l. 8. disp. 117. n. 17. Oualdus ad Donellum l. 17. c. 3. triplis littera PFF, Felicianus Vega in rubrica de succo. p. 17. Lancellotti de auctoritat. l. 2. c. 5. n. 166. Fragolo de regimine Christianis 2. 2. par. 1. de. disp. 11. §. 2. n. 17. Petrus Gregor. 1. 5. par. tit. 5. c. 1. Valenzuela consil. 125. n. 19. Rodericus Suarez aliter, 14. Gattierrez l. 2. canon. qu. 17. n. 3. Bobadilla l. 2. par. c. 20. n. 25. Pareta lib. 2. de instrument. extr. relol. 1. c. 2. Manrique de differentis, utriusque fori, c. 16. per totum, & Christianus 1. 1. decif. 61. Frances in pastor. regul. p. 2. q. 3.*

Sed hæc assertio diffilis est ex sequenti iuriconsideratione; nam iudex delegato gerenti vices delegantis indifferenter parendum est, c. pastoralis, §. quia vera hic sit, dum enim sententiam delegatus profert, non sua, sed delegantis auctoritate eam proferre expresse fatetur: igitur est, non exhibet rescriptum delegationis, procedere in causa cognitione valet, & sententiam proferre: quippe sententia semel dicta, præsumitur rite esse prolata, c. in presentia, ubi Birrus de renunciatione. Augueur hæc difficultas primo ex eo, nam iudices delegati a R. Pontifice designantur, qui aliquo dignitate præfulgent, c. statim de rescriptis l. 6. sed depositioni, aut testimonio illius, qui dignitatem obtinet, fides adhibetur, c. 18. q. 3. ergo delegatus a secerens jurisdictionem habere, non tenetur exhibere ipsas litteras commissionis. Secundo solvitur hæc difficultas ex illo principio, nam Proconules, & Præf. D. D. Covar. in Decretal. Tom. I. Pars II.

des provinciarum statim ac ingressi sunt provincias, nulla editione litterarum facta, possunt jurisdictionem exercere, l. 1. l. mansisse 10. ff. de off. Proconules, igitur delegati similiter non exhibita sua commissione possunt jurisdictionem exercere. Qua difficultate ita soluta non obstante, vera est præfata assertio, videlicet iudicem delegatum prius, & ante omnia debere litteras suæ commissionis coram Ordinario iudice presentare; quæ assertio etiam procedit in iudicibus conservatoribus, non habeantibus jurisdictionem in iure expressam, qui delegatorum appellatione veniunt. Moneta de consuet. c. 1. n. 8. Molina de iustitia, l. 6. tr. 5. disp. 19. num. 1. Narbona in §. l. 60. glossa unica, ex nu. 71. unde scholasticus noster Sal-mantinus, cum habeat jurisdictionem in iure expressam, non tenetur eam coram Ordinario edere. Etiam Legati missi, quos vulgo Nuntios dicimus, tenentur suæ legationis litteras ostendere, ut late probat Pareta dicit. 17. c. 2. veli. 2. per totum, non tamen instructionem Principum Legatos exhibere teneri, probat Car. Palchalis in suo Legato, c. 52. Generaliter omnes delegati, sive ecclesiastici, sive layculares, & executores tam meri, quam mixti, atqueam jurisdictionem exerceant, sive officium, debent suæ commissionis litteras coram Ordinario presentare, ut probant Narbona, & Pareta ubi supra, Salgado de probat. 4. par. c. 3. n. 16. Cujus doctrinæ, & assertioem ratio ex eo provenit, nam cum in quolibet territorio præsumptio fit pro iudice ordinario, c. sient, de re iudicata, nullus alius creditur iudex in ipsa ditione: quare delegatus debet probare suam jurisdictionem litteris delegationis editis: iudicatio enim delegata, seu ejus commissio est quid facti: quare non præsumitur, nisi probetur, l. quantumque 13. §. ult. ff. de publicatione, l. si conscriptis, C. de probat. l. asserverat, C. de noni. per. Menochius lib. 2. præsumpt. præsum. 14. Mantica de consuet. lib. 1. num. 14. & ipsa iudicatio est certa qualitas, quæ homini a natura non inest, sed potest competere uni, aut alteri: quare ante omnia probanda est. Malcardus de probat. consil. 946. n. 3. Pacianus cod. 17. c. 47. n. 31. Nec sufficit sola iudicis asserveratio, c. cum a nobis 28. de rescriptis, unde in praxi obtinuit, ut omnes iudices delegati copiam faciant suæ delegationis, dum partes coram te lictant comparere, ut post Oualdum l. 17. Donelli, cap. 3. tit. 17. docet Pareta ubi supra. Hæc autem probatio jurisdictionis delegatæ debet fieri per ipsas litteras commissionis, cum scriptura sit præmissum, & principalis modus probandi jurisdictionem, cap. l. 63. dist. ult. l. 2. c. 5. n. 25. S. Sempson, de legat. 3. Bobadilla lib. 1. de probat. cap. 20. num. 25. Narbona in dist. lib. 60. glossa unica, num. 13. quod adeo verum est, ut per testes probati non possit, Glossa in lib. un. Cod. de mandatis Præfatum, nec etiam per iuramentum, nisi litteræ delegationis non adfuit, quia tunc aut per iuramentum, aut per testes delegatio probari valet, cap. significavit, §. 1. de rescriptis, ceterum aliam, de probat. veli. c. 2. de iuramentis, & limitationibus exponit Narbona supra. Unde iure civili secretis mandatis Præfatum, si scripta non profertur, fides non adhibetur, l. 1. c. de mand. Præfati, quapropter etiam Palatini cum litteris publicis debebant mitti Comitibus reman. privatarum, l. 2. C. de public. fund. fiscal. Cesarianis capere bona, quæ ad hæc spectabant, non aliter quam

Principalibus literis exhibitis licebat, l. 6. c. de iure fidei.

Ne oblat difficultas supra expensa pro dubitandi ratione...

Adhuc superiori assertioni opponitur textus in c. nobilissimi...

Difficultas...

Legatur...

dentatis, qua fulget, credendum est, etsi literas sue delegationis non ostendat...

Secundo presentii assertioni adversatur textus in c. 2. de iurisdictionibus...

Tertio opponitur textus in c. praefero 5. hoc tit. in illis verbis...

Ex traditis supra pro ratione huius decisionis licet accipitur textus...

Exponitur...

Intelligitur...

Intelligitur...

ites deposuerunt, his fuisse solemniter contestata, de ipsius cognoscere...

NOTA.

A Parisiensi. Ita etiam legitur in tercia collectioe legitur, sub hoc...

agnoscere in temporalibus, ideoque necessario ratione damni illati...

Appellationis. Licet enim iure civili ab interlocutione appellari non possit...

Abbatem, seu conventum conuictum fuisse coram R. Pontifice, & eius iudicibus delegatis...

CAPUT XXXII.

Idem a Parisiensi, & b Trecent. Episcopis, & Abbati c. S. Genovesi.

Cum olim dil. fil. Abbas, & Conventus d. Vyrefaltacen. sua nobis conuictione monstrasset...

CAPUT XXXIII.

Idem a Senon. Archiepiscopo.

Cum olim Magister S. & B. Archidiaconatum, & Praepositorum ad invicem commutassent...

BIBLIOTHECA

nem suam proposuit, quod iudices perperam processerant contra ipsum, cum acta in scriptis minus fideliter redigissent. Unde timens, ne litteras portaret e Urbe, illorum scripta aperuit, & quod suspicatus fuerat, advenit. Sane si quod expediret, melius novisset, vel non recepisset scripta suspecta, vel recepta nobis fideliter praesentasset, & ostendisset causam suspicionis propositam coram nobis. Præterea cum non conquireretur de iudice, quem ei proprio motu concessimus, sed de illo potius, quem ipse duxerat eligendum; & iudices suas nobis per eum litteras destinassent, de ipso pariter conquirentes, verbis ipsius fidem non duximus adhibendam. Sed ut in hoc saltem puniretur, in quo peccaverat contra acta iudicum, quæ temere violarat, ipsum (sicut nos debuimus) nolimus exaudire, ne videretur dolus suus ei patrocinium attulisse.

NOTÆ.

Senensis.) Petro videlicet de Corbelio, de cuius electione agitur in c. 1. de postulat. Prælati. De Ecclesia Senonensi plura adduxi in c. 1. de rescriptis. **b** in infra.) Textus iste supplendus est in c. cum olim, de verum permat. prout jacet sub eodem titulo in tertia collectione, ubi ita legitur: Cum olim ad nostram audientiam pervenisset, quod dilectus f. Magister S. & B. Archidiaconatus, & Præposituram, ad invicem permutassent, Magistri ejusdem obtenta causam super hoc bonæ mem. Malcen. Episcopo duximus delegandam. Cumque idem B. ad nostram postulationem presentiam accessisset, ut negotium sine suspitione procederet, obtenta ipsius, dil. f. Abbatem Cluniacensem eidem Episcopo duximus adiungendum. Verum cum propter Abbatem absentiam non fuisset a delegatis ipsis pariter in causa processum, utraque partium nostro f. conspectui presentavit & audientiam obtinuit coram nobis: quod licet prædicti Magister ab initio sponte fuit de permutacione confessus, idem tamen B. eam inficiabatur omnino, a sensive proponens, quod & ipse Præposituram sine contradictione qualibet resignarat, & vult liberam resignacionem prædicti Magistri Archidiaconi fuerat assecutus; licet Magister ipse proponeret ex adverso, ipsum secum duxit de permutacione tractasse, & complerit eandem in manibus ven. f. n. Eduen. Episcopi, quam tractaret. Verum sepelitus B. delegatis nostris non deferens, sino veritas deleganti, sigilla violavit illorum, & scripta, quæ nobis fuerant presentanda, non erubuit aperire. Ceterum constitutus in presentia nostra, adversario suo presentem, in exculationem propriam proposuit coram nobis, quod iudices perperam processerant contra ipsum, cum acta in scriptis minus fideliter redigissent. Unde timens ne litteras portaret Urbe, scripta illorum aperuit, & quod suspicatus fuerat, advenit. Sane si quid expediret, melius notasset, vel non recepisset scripta suspecta, vel recepta nobis fideliter presentasset, & ostendisset causam suspicionis propositam coram

nobis. Præterea cum non conquireretur de iudice, quem ei proprio motu concessimus, sed de illo potius, quem ipse duxerat eligendum, & iudices suas nobis per eum litteras destinassent, de ipso conquirentes, verbis ipsius fidem non duximus adhibendam. Sed ut in eo saltem puniretur, in quo peccarat, contra acta iudicum, quæ temere violaverat, ipsum sicut nec debuimus, sic nolimus exaudire, ne videretur dolus suus ei patrocinium attulisse. Cum ergo nobis tum per publicam famam, tum per validam præsumptionem, & probationem etiam manifestam constaret, quod suum præteriter permutacioni consensisset; prædictus autem Magister suum publice fateatur errorem, & hinc Præposituram, & illum Archidiaconatu curavimus spoliare, super hoc diffinitivam contra eos sententiam profertur.

c Urbe.) Notissima cunctis est historia hæc sacra libri 2. Regum, cap. 11.

d Scripta aperuit.) In quo graviter deliquit; præter peccatum enim lethale, quod committit quæ alterius epistolam aperit, ut probat Fr. Hieronymus Garcia in c. 2. p. 11. regu. grave scelus utroque iure vindicatum, atque desertum admittit, l. 2. ff. ad legem Corn. de falsis l. cum, qui 13. ff. si epistola, ff. de factis, cap. ad audientiam, de criminis falsi, notaque est quædam Ciceronis Philipp. 2. qui quod ejus litteras aperuisset, palamque omnibus legisset, vocat cum humanitatis omnis expertem. Idem deinde Apuleius queritur apolo. 2. pro seipso, Seneca l. 2. contrav. c. 23. Plutarchus in Sertorio. Præclarum vero exemplum refert Hieronimus l. 4. de Marius, ubi ostendit, nulli unquam communicandas esse litteras privatas, quam nos ipsi legerimus. Plura de hujus criminis gravitate, & penis congesterunt ultra relatos a Barbola in presentibus, Bobadilla, l. 2. polit. c. 5. nu. 29. & 30. Molina de justitia, tract. 5. disp. 36. Nicolaus de Passeribus de scriptura privata l. 3. qu. 12. Solorzano tom. 2. de iure iudic. l. 1. c. 12. num. 38. Morancius in l. si quis testamentum, §. 1. ff. ad legem Aquil. Cabrero lib. 2. de metu, c. 30. n. 110.

C A P U T XXXIV.

Idem Alberto Capellano S. Marie de Porta Ravennate a Bonon.

Coram dil. f. n. M. sancti Theodori Diac. Card. quem tibi, & dil. f. Hug. nuntio, & clerico S. b. Agathe, adversario tuo, qui cum instrumentis ejusdem Ecclesie, seu absque litteris de ratiabitione ad Ap. Sed. accesserat, sed de raro caverat fidejussoria cautione, auditorem concessimus, in cujus presentiam constitutum proponere curavisti, quod cum olim quidam in parochia S. Marie post ap. interpositam ad Ap. Sed. in honorem Beate Agathe dominum, & Ecclesiam construxisset, bon. memor. d. Alexander Papa præced. nossem causam super hoc T. Abbatem S. & Stephani, & T. Priori S. Victoris commisit sine debito terminandam, qui auditus quæ fuerunt hinc inde proposita, & rationibus partium diligentem inspectis, pro Ecclesia S. Marie diffinitivam sententiam protulit, quæ per sel. rec. f. Lucium, & g. Gregorium, & b. Clementem prædecessores nostros fuit postmodum confirmata. Verum Capellanus S. Agathe sententia parere contemnens, & parochianos S. Marie ad ecclesiastica sacramenta recepit, & susceptus divina præsumptis officia celebrare. Cumque super eadem causa coram ven. f. n. H. f. Ferran. Episcopo fere per annum fuisset a partibus disceptatum, productis testibus coram eo, pars Ecclesie sancte Agathe horum veritate suppressa, dil. f. Magistrum Lanfrancum Bononien. Canonicum obtinuit eidem Episcopo in causa decisione adungi. Sed cum idem Magister causa interesse non posset, prædictus Episcopus, cui per sequentes litteras impetratas tercio mandabatur, ut si ambo interesse non possent mandatis Ap. exequendis, ea ipse nihilominus adimpleret, attestacionibus publicatis, & rationibus plenius intellectis, prædictam sententiam confirmavit, Capellano S. Agathe sub pena excommunicationis injungens, ut nullus parochianorum suorum infra certos terminos commorantium, ad officia divina accederet, vel ecclesiastica reciperet sacramenta. Ad hoc dictus Hugonius ex adverso respondit, quod cum olim Archiepiscopus de Pastino a prædicto Alex. præd. nost. indulgentiam impetravit, ut in vico Castellionis, in quo superexereverat populi multitudine, Ecclesiam de novo fundaret; unde tunc Bononien. Episcopus de mandato ejusdem prædecessoris nostri, & locum signavit, & primarium lapidem benedixit, & in fundamento secundum consuetudinem collocavit, & sic capellam in eodem loco constructam cum tota parochia, quam usque hodie habet Ecclesia de Pastino, per xx. annos iuste possedit, quam sel. rec. PP. præd. n. eis suis litteris confirmavit, & nos sub nostra protectione recepimus constitutam nobis ab eodem Archiepiscopo notitiam nihil pervenit, quod iudices post appellationem legitime interpositam processerunt, & quia fines mandati fuerint in processu transgressi. Contra secundam vero similiter proponebat, quod canonicus regularis, qui coram Ferrarien. Episcopo litigavit, non solum fuerat procurator datus ad causam, sed etiam contra prohibitionem Archiepiscopi liti se præsumptis immiscere, & quod Ferrarien. solus processerat, cum non ei soli causa fuerat delegata, & collega ejus, etiam causa nequiverat interesse, alii tamen com-

miserit vires suas; & quod post appellationem etiam ad nos interpositam, idem Ferrarien. pro Ecclesia S. Marie sententiam promulgavit. Ad hæc autem pars altera replicabat, quod prædicta stare non poterant, cum credi non debeat, quod a iudicibus illis pars appellaverit adversa, ad quos nec sciverat, nec audiverat commissio litteras emanasse. Præterea cum in litteris commissio appellacionis fuisset obstaculum partibus interclusum, appellacioni postmodum interposita non fuerat deferendum. Insuper cum, sicut adversarius fuit in iure confessus, etiam pars ejus, quasi ut prosequeretur appellationem, litteras impetraret, nec tamen illis fuerat usa, pro eodem haberi debet, ac si non fuerit prosecuta. Unde sententia jam transierat in rei iudicata auctoritatem, etiam contra jus litigantis prolata fuisset. Cum autem nec litteræ commissio ad iudices primos obtenta presententur in iure, nec aliter legitime demonstrentur formam mandati quibus excessisse, pro sententia est potius præsumendum. Quod dicitur ex adverso, quod canonicus ille non fuit procurator, non nocet, cum ipse litem coram Ferrarien. Episcopo contestando, factus fuerat dominus liti, qui generalis ab ipsius fundatione Ecclesie procurator fuerat, & sic agebat, & contrahebat, ac si vere capellæ dominus existisset, præsertim cum in causam non tam Ecclesie nomine, quam proprio traheretur, utpote qui parochianos adjudicatos Ecclesie S. Marie ad divina recipere officia, & exhibere eis ecclesiastica sacramenta. Præterea cum ad Archiepiscopi notitiam pervenisset, causam ipsam fuisse Ferrarien. Episcopo delegatam, si per Canonicum illum nolens subire iudicium, ad agendam causam debuerat alium destinare: quod cum non fecerit, ejus est negligentia impudendum, imo malicia potius, qui sic commissio nostram nifus fuerit enervare. Item Ferrarien. solus procedere potuit, cum primo coram eo lites fuerat contestata, & testes ad causam producti; & in ultima commissio litteris fuisset insertum, quod si non ambo interesse possent exequendis mandatis Apostolicis, prædictus Episcopus ea nihilominus exequi procuraret: quod non intelligitur, ut si per se, vel per alios interesse non posset, quia id raro, vel nunquam contingeret; sed si non posset personaliter interesse. Appellacioni ergo interposita ob causas prædictas, cum causa sufficientes non erant, aliquatenus non erat deferendum. Idem igitur Card. auditis his, & aliis, quæ fuerant hinc inde proposita, latam ab eodem Ferrarien. Episcopo sententiam, de mandato Apost. confirmavit, & adversa parti super hoc perpetuum duxit silentium imponendum. Nos ergo quod ab eo factum est, auct. Apost. confirmamus, & presentis scripti patrocinio communitus.

NOTÆ.

a Bonon.) Ita etiam legitur in tertia collectione, sub tit. de parochiis, c. 1. Henrico videlicet, qui ipsam Ecclesiam rexir per 27. annos. De Ecclesia Bononiensis plura adduxi in c. 1. **b** S. Agathe.) De hac Ecclesia nonnulla adduxi in c. quætelam 24. de elec. **c** Litteris.) Hæc verba exposui in c. 1. de processu. **d** S. Stephani & Victoris.) Sunt Ecclesie canonicoorum regularium, ut refert Ugheilius in 2. Italia sacra, in ipsa Ecclesia. **e** Alexander.) Tertius videlicet, f. Lucium.) Tertium, g. Gregorium.) Octavum, h. Clementem.) Tertium, i. Celebrare.) In quo graviter deliquit, ut Deo volente dicemus in c. si celebrat, de clericis excommunicatis. **j** H. Ferrariensis.) Hugonis videlicet. De Ecclesia ipsa Ferrariensis egi in c. cum M. de consuet. **k** Populi multitudine.) Quæ est iusta causa ædificandi novam Ecclesiam, c. ad audientiam, de Ecclesiis ædificandis.

l Locum signavit.) In constructione enim novæ Ecclesie Episcopus proprium locum designat, c. de religiosis domibus, d. Hieronymus in vita Hilariensis, ibi: Mita Domini gratia non potest adire, possit sunt quam sacre Ecclesie lineam mittere, & in eo loco crucem affixit. Novella 67. Justiniani, c. 1. Julianus antecessor constit. 61. c. 205. in illis verbis: Nullus audeat ædificare Ecclesiam, vel Oratorium antequam civitatis Episcopus copus veniat, & votum faciens sanctissimam crucem inflixerit, publice in eodem loco procedens, & rem omnibus manifestam faciens. Ex Euchologio Gregoriorum notatur Menardus ad D. Gregorium, pag. 195. Filiculus in cap. quarto, de off. Ordin. & nos illustrabimus in tit. de Ecclesiis ædificandis. **m** Noluit delegatum.) Tota hujus decisionis difficultas in his verbis continetur, quæ verba reperitur in hæc facta collectione, & in tertia sub titulo de parochiis, cap. 1. Ex illis enim deducitur, delegatum Pontificis non posse subdelegare, cum habet collegam in ipsa causa, neque collegam teneri admittit ipsam subdelegatum. Sed hujus textus interpretationem jam dedimus in c. susceptor, de rescriptis.

C A P U T XXXV.

Idem Præposito S. Dominici a Subdiacono nostro.

Cum & R. Canonicus Januen. causam pecuniariam, quæ inter ipsum ex una parte, ac P. civem Jantien. ex altera vertitur, tibi obtinuerit delegari, & idem civis propter multas & graves inimicitias civitatis suæ in tua nequeat presentia comparere, sicut ex ipsis, & dil. fil. Consulium Januen. insinuatione nobis innouit: d. t. per A. f. m. quatenus supradicto R. hujusmodi optione relicta, ut exceptis Canonicis Januen. quos, cum sint ejus focii, merito habet pars adversa e suspectos, in civitate, vel dicece. Jan. in qua multi sunt; quos pro certo tenemus, viri providi, iudicem eligat, coram quo questio terminetur, cui auctoritate presentium districte præcipias, ut eandem causam juxta rescripti te te obtenti d. tenorem, ap. rem. sine debito terminare procuret.

NOTÆ.

a Subdiacono nostro.) Qui præbendam & dignitatem habebat in Ecclesia Januensi. Januensis, five calii volunt, Genueis civitas sita est in provincia Italiae juxta mare, ubi incipit Apenninus mons: aliquando appellatur Janua, aliquando Genua, ut notatur Voterus in orbi relatione, Nebricencis & Villemus, & Petrus Bizarus ejus Scriptores, Marifortis l. 1. orbis maritimi, c. 33. Jacobus Bracelius de clavis Genueis. Dicitur Genua a genu, quia habet tamquam genu recurvum a latere maris; vel a Genuo Saturni filio, qui fertur eam condidisse. Januam alii appellant, eo quod a Jano Itolorum; Rege conditam dicunt, vel quia januarius Italiae est. Hujus inlyce civitatis Episcopalem Sedem in Metropolitanam erexit Innocentius II. ut constat ex ejus actis in illis verbis: (Genuensem vero Episcopum a subiectione Me-

diolanensis Archiepiscopi emancipavit, & speciale de novo Metropolitanam Sedem Apostolicam Episcopum constituit, cui Bobiensem Episcopum, & Portinacensem Abbatem, quem creavit Episcopum, obedire præcepit.) Refert Balduetus ad Innocentium l. 3. ep. 138. Hujus Ecclesie mentio fit in c. 1. illud, de presump. c. per vestras, de donat. inter; & de Canonice ipsius agit in presentis textu, qui etiam reperitur in quarta collectione, sub hoc tit. c. 2. **b** R.) Rodericus, de quo forsitan, in c. per vestras, de donat. inter. **c** Susceptor.) Familiaritas enim cum iudice iustam præstat causam reculationis, ut late probavi in c. 1. de officio iudicis. **d** Obienti tenorem.) Unde procedit appellatione remota, quia auctoritate Pontificis procedebat, alias delegatus subdelegare non potest cum clausula, appellatione remota, ut supra dixi in c. 3. hoc tit.

C A P U T XXXVI.

Idem a Rbotomagen. Episcopo.

Cum contingat intendum, quod laici. Et infra: Insuper requiritur sumus, cum quis conquiretur, in se a suo Episcopo post appellationem ad nos legitime interpositam, vel alias injuste excommunicationis sententiam promulgatam; & nos iudicibus damus in b. mandatis, ut si ita est, juxta formam Ecclesie abolitionis beneficium illi impendant, vel eandem sententiam denuntient esse nullam; ac Episcopus paratus sit probare se in illum, antequam vocem appellacionis emittere, vel alias iuste hujusmodi sententiam protulisse, an probationibus non admittis licet appellacionem abolvere, vel denuntiare sententiam esse nullam; Ad quod t. r. quod cum quis conque-

conqueritur se post appell. ad nos legitime interpositam excommunicatione fuisse innodatum, semper utriusque partis probationes sunt admittende...

NOTAE

R. Haemag. Mauricio videlicet. De Ecclesia Rhotomag. & historiam retuli in e. cum contrarij de receptis...

a. Antequam. Utrum Metropolitanus, ad quem appellatum est, possit ante omnia abolere appellentem...

C A P U T XXXVII.

Honorius III. a Messanen. & b Regien. Archiepiscopis.

Rogatus olim a vobis, & ff. nostris charissimus in Christo fil. o. n. d. Fredericus Romanorum Imperator & semper Augustus, & Rex Sicilia, ut restitueret ven. f. n. Cephalad. Episcopum...

NOTAE

M. Messanen. Berardo videlicet, quem alii Bernardum, alii Bercium appellant; ipse enim Bernardus monachus Ordinis S. Benedicti...

bonorum ipsius, inquisitione pendente suspendatur ab administratione, e. ff. 3. q. 2. e. licet illi de famosis, nisi iusticiam caveat...

b. Regien. Landò videlicet, qui temporibus Honorii III. Ecclesiam Regientem gubernabat...

k. Theaurario. Bartholomaeo videlicet thesaurario Calentinum, qui postea in causa processit...

c. Titus. Ita appellatur Princeps secularis; Ecclesiasticus vero, frater nominatur, e. quam grav. ubi plura dabimus...

l. Francus officio. Licet iudicium delegata revocatione delegatus iniuriatur, seu ceteris, e. in causis 30. de elect. e. quomvis 6. hoc tit. l. 6. ubi plures Barbofa...

d. Sempiternus Augustus. Idem fortunatus: precipuus titulus Imperatorum, proinde insit, ibi: Sempiternus Augustus...

m. Vetus. Sed est divites, & negligente iudice seculari poterat debitoribus suos coram iudice ecclesiastico convenire...

e. Sempiternus Augustus. Idem fortunatus: precipuus titulus Imperatorum, proinde insit, ibi: Sempiternus Augustus...

n. Terminare. Compromissum a litigatoribus potest fieri cum praesentatione temporis, aut sine temporis adiectione...

f. Cephalad. Episcop. Harduinum videlicet II. qui ipse Ecclesiae Praesul designatus fuit anno 1217...

o. Non debere. Et sic facti erant officio suo; quare non poterat abque nova delegatione causa cognitionem reassumere...

g. Calentin. Lucæ videlicet. Calentina Metropolis Calabriae est, cuius suffraganeus refert Barbofa in serie Episcop. in ipsa Ecclesia...

p. Praelatus dies dicitur, id est ante latus, antepositus: quam praelati diei acceptionem habemus in lib. si a debitor, ff. ad leg. corn. de falsis, l. 1. §. ultionem, ff. de admo. Relatus autem dies dicitur de futuro longiori in proximiorum revocatus...

h. Interdicens. Licet nemo privandus sit possessione ante sententiam, e. volumus, 16. q. 4. specialiter tamen favore Ecclesiae statutum est; ut Praelatus inquisitus de dilapidatione...

q. Praelatus dies dicitur, id est ante latus, antepositus: quam praelati diei acceptionem habemus in lib. si a debitor, ff. ad leg. corn. de falsis, l. 1. §. ultionem, ff. de admo. Relatus autem dies dicitur de futuro longiori in proximiorum revocatus...

COMMENTARIUM.

Huius textus vera historia repetenda est ex Facello, Pirro & aliis Siculis Scripturibus, apud quos ita habet. Harduinus II. Cephaladenus Episcopus, bonis spoliatus, & ab Ecclesia pulsus, in exilium missus fuit a Frederico II. Sicilie Rege...

suspicionem dilapidationis coadjutorem illi assignaret. Archiepiscopus vero Calentinus agritudine praepeditus causam ipsam subdelegavit primo Abbati S. Spiritus...

que procuratorem pro re agenda Notarium Henricum constituit; is adversus Episcopum proponebat, quod bona Ecclesiae dilapidasset, nihilque in utilitatem Ecclesiae expendisset...

C A P U T XXXVIII.

Gregorius IX. S. Praetori, & Magistro N. Canon. a Ambian.

Significantibus M. muliere, & I. nato ejus, nos noveritis accepisse, quod cum nobilis mulier Juliana b vidua mentiens se pauperem, contra eos super terris, & rebus aliis ad iudices nostras litteras impetrasset...

NOTAE

Ambian. Ambianensis civitas est in Gallia Belgica, de qua Arnorum secundo Philippus, ita ait: Sic regio, quae lata patet...

petitus, & assumptus, l. repetito, ff. de fide instrum. l. 1. §. 7. & §. 8. ff. de iure, actusque, l. si hinc, §. siem videmus, ff. de damno infecto.

Habet Ecclesiam Cathedralen D. Mariz dicatam, cuius Praetorium feriem refert Ghenn in e. Hujus Ecclesiae S. Praetori, & N. Canonico causa hujus textus commissa est.

His suppositis quaestio apud juris Interpretes est, an arbitri per se, vel ipsi tantum compromittentes possint diem in compromisso adiectum prorogare, seu referre...

b. Vidua. Quae est divites, & negligente iudice seculari poterat debitoribus suos coram iudice ecclesiastico convenire, e. ex transmissis, ubi late probabimus, de foro competentis.

Tempus compromissi a qui. Tempus compromissi a qui. Tempus compromissi a qui.

Terminare. Compromissum a litigatoribus potest fieri cum praesentatione temporis, aut sine temporis adiectione; si fiat abque alla temporis praesentatione, hincur elapso triennio...

Tempus compromissi a qui. Tempus compromissi a qui. Tempus compromissi a qui.

Praelatus dies dicitur, id est ante latus, antepositus: quam praelati diei acceptionem habemus in lib. si a debitor, ff. ad leg. corn. de falsis, l. 1. §. ultionem, ff. de admo. Relatus autem dies dicitur de futuro longiori in proximiorum revocatus...

Tempus compromissi a qui. Tempus compromissi a qui. Tempus compromissi a qui.

adhib. 33. ff. de recipis. Cajacius l. 13. Praeli editam, in lib. 1. de cau. 17. ff. de cod. tit. Sicut enim una pars sine alia non potest prorogare jurisdictionem iudicis, ut sic adversarius ad in-competentem iudicem, vel peregrinum trahatur, l. 5. ff. de offic. Proconsulit, l. 1. ff. de offico eius, nec ex Principis quidem scriptis, l. 9. C. Theodol. de iurisd. l. 2. C. de dilatoriis, Symmachus l. 20. ep. 52. ita similiter nec arbitri potestatem prorogare valet unus ex litigatoribus sine alio, neque per alterum iniqua conditio inferatur, contra regulam in d. de cau. 17. ff. de res. iuris: quia si coniungatur cum dicta lege arbitri 33. quae est eisdem Popoviani, l. 1. pertinet ad presentem speciem prorogationis compromissi, ut animadvert-

tunt Cajacius in di. h. arbitri, & Gothofredus in d. regula 74. Ex his apparuit hujus rextus vera interpretatio; nam cum compromissum factum esset cum temporis praescriptione, & tempus elapsum esset, expiravit potestas arbitratorum: non possunt autem iudices delegati reassumere jurisdictionem, quam solum amiserunt interloquendo jurisdictionem ad se non perimere: quia prorogatio jurisdictionis delegata tunc admittitur, cum vera jurisdictionis delegata est, ut dixi in e. de causis, loc. cit. alias partes jurisdictionem dare non possunt eam non habenti; si autem iudices delegati habent jurisdictionem in habitu, licet in actu renuntiare, ex consensu partium reassumere possent, ut docent Vela l. 2. differt. 41. n. 63.

C A P U T XXXIX.

a Idem.

Suspicionis causa contra iudicem assignata, non ipse (qui forsitan provocatus obesset) sed o arbitri potius, eorum quibus probatio est facienda, & ad quos omnia, quae ad hunc articulum faciunt, pertinere noscuntur, possunt ad hoc terminum assignare. Ab ipso quoque iudice (cui sicut jurisdictionis, sic & cetera sine quibus explicari non potest, intelligitur esse d. commissi) tamen ut conveniant, si discordes fuerint, in unam sententiam, vel rerum concorditer advocent, cum quo e duo, vel alter eorum id faciat, sunt cogendi, ne huiusmodi occasione principale negotium plus debito prorogetur.

N O T A E.

Adem.) Gregorius videlicet IX. qui a nemine consultus in praesenti praxim proponit observandam in recitatione iudicium delegatorum.

Suspicionis.) Recusationis causas varias enumerant Covarr. pract. q. 26. Paz in praxi, c. 2. l. 6. n. 5. Donellus l. 17. comment. c. 25. Miranda de ordine iudic. tit. de appell. n. 27. Petrus Gregorius l. 49. Synagm. c. 3. Carralco ad leges recipis, tit. de causis recusat. Sesse l. 2. deest. 415. C. 416. Carleval. l. 2. de iudicis, diff. 5. Acacius Ripol. de iurisd. c. 2. Gozzin. in defensione reor. defens. l. 1. c. 19. & eas nos prosequemur in cap. quo specialit. 61. de appell.

Arbittri.) Juris videlicet, qui non tam partium voluntate, quam iuris dispositione cinguntur, ut de causis recusationis cognoscant, c. secundo requirit. 41. §. 3. c. cum specialit. 61. de appell. c. si quis contra, de foro compes. c. 2. de ordine cognis. in 5. comp. c. ab arbitrii, de officio deleg. in 6. c. 12. de appell. eod. lib. l. fin. C. de iudicis, de quibus agunt Cajacius in d. l. fin.

C A P U T XL.

Idem Abbati S. a Genovesa.

P & G. per litteras Apostolicas conquirentibus coram te de Episcopo London. quo concessum ab eis e mutuum promissio de loco, & e termino non persolvit pendente iudicio l. laicus, qui in quantitate quadam eisdem mercatoribus tenebatur, se in tuam jurisdictionem (sicut asserit) voluit prorogare, ut in intra terminum constitutum praedictum non solveret quantitatem, excommunicationis, & interdicti sententiam in personam, & terram ejus promulgare. Quas huiusmodi occasione a te latas, decernimus non valere; cum etiam alias jurisdictionis & praesedicti, quia in dictum J. nullam jurisdictionem habebas, jurisdictionis prorogaria nulla noscitur existisse, cum huiusmodi delegata jurisdictione ad alias personas nequeat prorogari.

N O T A E.

A Genovesa.) De hoc monasterio ego in c. cum olim 32. l. 1. d. l.

A London.) Legendum est Landunon, ut in Glossa marginali emendatur. His temporibus regnabat Ecclesiam Laudunensem Guillelmus de Gerimis, ut referunt Chenu in libro Praxialium ipsius Ecclesiae, & Fratres Sarmat, tom. 3. Gallia Christi. fol. 509.

A Mutuum.) Non exprimit Pontifex, an pecunia, frumentum, olei, vini vel alterius speciei mutuum esset celebratum, non enim in pecunia tantum, verum in omnibus rebus, quae functionem recipiunt, & quae pondere, numero, mensurave constant, mutuum consistit, l. matuum 2. ff. de reb. creditis, ubi docuerunt Federicus Socus, Matheacus, Donellus, & Barleuus, Mancianus lib. 1. Grandi, c. 24. C. 153. Gibalin. de iudic. tom. 1. c. 2. C. 3. Salmasius ad jus Atracorum 6. Debetur Heroldus lib. 10. tit. 2. cap. 49. Vulteus de iurisd. cap. 15. Hermofilla in l. 2. tit. 1. part. 3.

A loco.) Non solum in obligationibus assignantur dies, & conditio, verum & locus assigni solet, in quo res debita solvatur, l. 1. C. de per. tutam, ff. de res. quod certo loco, leg. cum qui 41. §. quod certo loco, l. 1. comment. 135. §. cum in loco, ff. de r. O. l. h. res, §. si quis in loco iudicis, l. si quis in loco iudicis, §. de comparationibus, l. 2. §. si quis non, §. si quis cautionibus, §. loca, Inst. de oblig. Donellus l. 26. comment. c. 25. C. ad tit. ff. de res. quod certo loco, ubi Aegidius Horrentinus. Et licet dies in obligatione adijciatur tantum gratia debitoris, locus tamen plerumque adijciatur utrique creditoris, & debitoris gratia, propter promittentis utilitates, quae singulari adesse possunt, leg. 1. C. 2. §. ult. cum supra, ff. de res. quod certo loco, ff. de res. iuris, §. ult. ff. de r. O. l. quod in diem, l. cum tempus, ff. de res. iuris.

Non ergo, qui certo loco promissit, in alio solvere potest, l. 2. §. 2. l. 1. §. ff. de res. quod certo loco, l. qui Romae 125. ff. de r. O. l. ad idem, l. 16. §. 1. ff. de pign. l. 9. Cod. de solut. Nec contraarium probat textus in l. si quis in loco, §. cum res, ff. de r. O. cui satisfaciunt Donellus, l. 26. Faber lib. 2. consil. cap. 1. Nec etiam, ut solvat alio loco, quam destinato solutioni, a creditore cogi valet, l. 1. ff. de res. quod certo loco, §. illud, l. si duo 10. §. unde colligitur, l. 3. §. ff. de reb. auctor. iudicat. l. qui no 100. §. ff. de solut. l. 1. §. 2. part. 3. Docent communiter repetentes, Donellus & Horrentinus in d. l. 1. §. ff. de eo quod certo loco, & in l. iudicis, C. ubi conveniatur qui certo loco, P. Barb. in d. l. h. res 19. §. illud, Carleval. de iudicis, tom. 1. tit. 1. diff. 2. ex n. 284. Insuperque in eo caso debitor duplex forum unum ratione domicili, d. l. h. res, §. ult. alium ratione loci adijci; per eam enim adjectionem quasi contractum in eo loco creditur, l. vnum 22. ff. de reb. creditis, l. 3. ff. de reb. auctor. iudicis, l. contractus 21. ff. de O. C. l. 1. §. 1. l. 8. tit. 3. lib. 4. recipi. Docent Covarr. pract. c. 20. n. 3. Gutierrez de iuramento, §. 9. q. 16. Laffare de decimis, c. 6. n. 10. unde cum ratione contractus, recito etiam foro domicili, quae forum fortior, cap. ult. de foro compes. cap. unico, §. contrahentes, eod. tit. in 6. Ideo in loco domicili, & loco solutioni destinato conveniri potest. Unde Episcopus Laudunensis in praesenti specie, aut Laudani ratione domicili, aut in loco solutioni destinato poterat conveniri, ut in simili specie docetur in cap. distell. 17. de foro compes. ubi quae ad actionem arbitrariam spectant, pro expositione tituli de eo quod certo loco, laicus prosequemur.

A termino.) Etiam tempus plerumque in obligationibus adijciatur, quare aiebat non extra rem ex Episcopi Arrianus; Non insuper, ut debitor pecunia, datam esse mutuum, & ad idem inspicere mutui contractum, sed ejus iudicet, locum videlicet, & tempus. Tempus autem adijciatur in contractibus duplici modo. Primo, ut eo adventiente res praestetur,

tur, nec antea, licet debeatur, peti possit, exempli gratia; In diem B. Januarius dare spoudus 1 vel, l. in diem B. Petrus pecunia debetur accipere reddenda ff. Secundo modo, ut eo adventiente debetis desinat, ut in hoc casu: Certum quilibet mensis dare spoudos nunc ad Kalendas Martias & adventante eo tempore, licet non ipso iure, ope tamen exceptionis tollitur obligatio, l. obligationem 49. §. 1. ff. de O. C. A. Ad primum tempus referenda est praesens decisio, in cuius specie pecunia mutuo accepta statim debebatur, sed pendente termino solutioni assignato peti a mercatoribus non poterat; quod enim in diem certum promittitur, statim debetur, licet ante diem peti non possit, d. l. obligationem 49. §. certis 49. ff. de r. O. l. 3. §. 1. ult. cum sequenti, ff. de consil. pecun. l. 2. vbi. Etiam datur, C. vbi. tit. docent Ripol. in l. 2. ff. de remdit. & demonstr. Costa l. 1. §. 1. sol. c. 19. C. 20. Gomez l. 2. vbi. c. 11. ex n. 21. Diureus de O. C. A. A. Lara de Capellanis, l. 1. c. 9. Potest autem antea solvere debitor, quia plerumque tempus ejus favore adijcitur, l. eum tempus, l. vbi. c. 1. §. 1. l. continemus 132. §. cum eo, ff. de r. O. Docent Menchaci de success. creat. §. 7. n. 19. Gentilis l. 2. de donat. §. 1. sed si adventente tempore debitor solutum non sit, statim peti potest, & debitor in mora constituitur, & adversus eum agi potest, in quantum creditoris interest pecuniam mutuum suo tempore fuisse solutam, aut quia aliquando amisit, aut lucri defuit, l. vnum 22. ff. de reb. creditis, l. 1. ff. de condit. trise, l. hominum 37. §. mandati, l. §. 1. K. de iudicis 11. ff. de re judis, l. qui fructum ff. de r. O. Nobilis autem differentia versatur inter hac obligationem ad certum diem, & inter puram; nam ex obligatione pura debitor non constituitur in mora ante interpellationem; unde ultra, aut aliquod lucrum interceptum peti non possunt, l. vnum 22. §. si agitur, ff. de r. O. at in obligatione in diem facta, de qua in hoc textu, elapso die sitam debitor constituitur in mora, cum dies ipsa interpellat pro homine, l. pecunia 9. §. de O. C. A. l. ad diem 77. ff. de r. O. e. potius, de locato: Un-

de deducitur, actionem arbitrariam duplici ex causa mercatoribus in praesenti specie intrudere posse adversus Episcopum Laudunensem. Prima, ratione loci adiecti, propter quam actio nascitur arbitraria, ut late illustrabo in e. distell. de foro compes. Secunda, propter tempus adiectum; sicut enim adiectio loci inducit actionem arbitrariam, ita temporis adiectio, ut defendit Cajacius 8. ad Africanum, in l. centum, ff. de eo quod certo; licet contrarium defendant Falgoutius, Donellus, & Faber in d. l. quod Episcopi, ff. eod. tit. quod mire, & docte in concordantia reduci D. Josephus de Retes de stip. penalit. r. 4. n. 12. §. Quantitatem.) Non debeat ab Episcopo, sed a laico, constitui solutum quantitatem, quam jam debebat certo die; potest enim quis constituere quod debet citiori, aut longiori die, l. sed et §. 2. ff. de consil. pecun. §. Jurisdictionis praesentia.) Delegata videlicet Abbas enim S. Genovesae est Decanus, & Cancellarius Lutetianae Parisiensis Universitatis, c. ex parte, iuncta inscriptione, de v. S. habet iura Episcopalia in parochia S. Stephani Lutetiae, c. olim, c. 2. de rebus, spol. est Conservator quamplurium Religionum, quarum catalogum refert Renatus Chopinus l. 2. de sacra pot. tit. 2. pag. 294. unde ut Ethierarcha Parisiensis scribit sicut et quamplures caule, ut videre est in e. lico, c. de prob. c. ex literarum, de appolat. & aliis. Eius jurisdictione confirmata est decreto Parisiensis Senatus, quod refert Chopinus l. 2. monast. pag. 254. sed ex inde tantum evincitur, jurisdictionem delegatum ipsum habere; Conservatores enim iudices delegati sunt, c. 1. hoc tit. l. 6. probavi in c. 3. hoc tit. Unde huius Abbas, ut delegati, jurisdictione prorogari non poterat ultra personas comprehensas in ipsa delegatione. Ex hoc textu communiter deducitur, jurisdictionem delegatam non extendi ultra personas in rescripto designatas; quam conclusionem late exposui in e. significavit, de rescriptis. Etiam deduci solet, jurisdictionem delegatam non esse prorogabilem: quam partem exposui in e. de casu 4. hoc tit.

C A P U T XLI.

a Idem.

CUM vigesimo annorum peregeris, dari possi in aetate huiusmodi delegatus. Ceterum constituto intra aetatem eamdem (nisi partes scienter consentier in eum, qui annum XVIII. transgressisset) facta delegatio ab alio quam a Principe, non teneret.

C O M M E N T A R I U M.

Adem.) Gregorius videlicet IX. qui pro expositione, & declaratione textus in l. quidam 57. ff. de re iudicata, praesentem edidit constitutionem, ut jam notatur Sarneasis in cap. statum, n. 26. de rescriptis in 6. Mandosius de aetate, c. 5. Petrus Barb. in l. cum Praetor, §. fin. n. 109. ff. de iudicis, & ut eam facilius comprehendamus, sequentem proponimus dispensandam asseritionem: n. Minor 20. annis a quoquoque iudex delegatus designari potest: & maior 18. si partes consentiant; minor 20. vero 18. annis nullo modo, nisi a Principe, delegatus dari valet. Non est similis decisio in iure nostro, qua probari possit hae asseritio. Eam tamen illustrant Ludovicus Gomez in e. Barissus, n. 26. de rescriptis l. 6. Mandosius de aetate minor, c. 5. n. 88. Zasius l. 2. singularium, c. 22. Petrus Barboia ubi supra, n. 90. Moneta de consuet. c. 5. n. 159. Narbonne de aetate annos 20. q. 2. Donellus l. 17. comment. c. 24. Langley l. 4. senectutem, c. 1. Petrus Gregorius l. 1. de rescriptis, c. 22. Segura in direct. iudic. l. 1. §. 1. per Anonum, Sbrozius de decario Episcopis, l. 1. q. 35. & alii infra referendi.

Sed hae Gregorii decisio iure utriusque principis adversari videtur, consistit enim certam aetatem singulis publicis muneribus esse praecipuum, infra quam ea adire non datur, l. honor 14. §. extenditur, ff. de munerib. C. honoris, l. non ff. de leg. 3. Petrus Herodius l. 10. de re iudic. tit. 13. n. 8. etiam quam aetatem variis olim fuerunt rogatus leges, ut constat ex Diono Galfo l. 52. Svetonio in Augustis, c. 30. Ovidio in Fastis, ibi: Iura dabant populo senor: fuitaque certis Legibus et aetate, unde petatur honor.

Celeberrime inter eas fuit lex Annaria, cujusque Magistratus inaequalis tempus definitus, & de qua Cicero Phelipi 5. his verbis: Legibus annualibus magistrus nostri cum gradiente aetate ad Consulatum constituantur adolescentia temeraria crebrentur, Livius l. 27. c. 2. & l. 49. c. 44. plura de ipsa lege Annaria Cajacius l. 147. observ. c. 34. Donatus in dilectis ad Lampridium in Alex. Severo, l. 6. thesauri criti. Borellus de Magist. l. 1. c. 6. Oñaldus l. 17. comment. c. 24. littera L. His legibus ad Consulatum capendendum aetate 43. annorum praescripta fuit, Cicero ubi supra, Alex. ab Alex. l. 3. Genial. c. 3. ad Pergram 40. ann. Rohusius, l. 25. Cortherus de consuet. Romanorum l. 1. c. 3. Ad Aelianum 37. Bonardus ad Pollerum l. 2. libertia §. 2. c. 7. & l. 2. c. 8. Ad Quirinum etiam 37. Sidonius de notitia iure Roman. c. 2. Roberellus in disp. de grad. honorum: & ad huc dicendum quo Svetonium in Vitel. c. 32. plures referens doctissimus Solozanus de viribus honorarior, n. 309. Sequentibus vero temporibus ad Magistratum gerendum, in quo Reipublicae administratio continebatur, ante 21. aetatis annum iuvenes non admittuntur; si provinciali Magistratus essent, l. 2. ff. de minoribus, l. non tantum, §. 1. ff. de Decurion. l. ad

Rompul. 8. de muner. C. honor. adeo ut Decurio minor 25. annis a Principe creatus, licet Decurionatus munere decoraretur, ad suffragium tamen ferendum in Guria non admittatur, quovisque 25. annum attingerit, l. spuris 6. §. minor, l. penult. §. 1. ff. de Decurion. Cajacius l. 1. resposi. Papin. in d. l. spuris, §. minor: at vero Romani Reipubl. Magistratus etiam minoribus 25. annis solebant a Principe, vel Republica concedi, l. unica, §. ultim. ff. de officio Consulit, l. si rogatus 20. §. ultim. ff. de munimiss. vindict. & cum concedebatur, concedentis auctoritas supplebat aetatem, & consequenter sententiam pronuntiandi ius habebat, d. l. quidam 57. l. 5. tit. 4. p. 3. Legibus autem nostri Regni ordinariis iudex major debet esse 20. annis; delegatus autem poterit eligi maior 18. annis, l. 5. tit. 4. part. 3. Denique constitutum est, ut iudex nemo esse possit, qui non fuerit 26. annis major, & per 10. annos in scholis publicis studiis iuris civilis, & canonicis operam dederit, & in Regni legibus fuerit veritatus, l. 2. tit. 3. l. 3. nova recopil. ubi Azavedus, Antoa. Gomez, in l. 2. Tauri, qui plures cumulate auctores: igitur non recte asserimus, minorem 18. annis a Principe delegatum dari posse. Augetur hac difficultas eo eo; nam ut iudex delegatus aliquis designetur, debet obtinere dignitatem Ecclesiasticam, & statum, de rescriptis, l. 6. sed ad dignitatem Ecclesiasticam major aetate desideratur, veluti ad Episcopatum 30. annis, c. cum in curia, de elec. ad Archidiaconatum, seu alias dignitates curam animarum habentes 25. ad Abbatias, & Priores etiam 25. Clement. ne in agro, §. ceterum, de statu monast. ad inferiora vero officia & beneficia ea aetate, infra quam valeat possessor in Presbyterum ordinari, d. l. cum in curia, §. inferiora, ubi late diximus: igitur qui est infra 20. annum, iudex delegatus dari non potest. Secundo difficilis etiam est praesens asseritio, ubi docetur, ex consensu partium iudicem dari posse eum, qui 18. annos obtinet: nam arbitri non possunt eligi, nisi qui 20. annum habent, l. cum lege 41. ff. de rescriptis, in illis verbis: Nemini licet minorem 20. annis compromissarium iudicem eligere. Ante aetatem enim 20. annorum faciles sunt lapsus in malam, & aliae improbae motiones, de quibus Sponsius l. 7. epist. 2. D. Hieronymus epist. 2. ad Nepotianum, Calliodorus l. 1. epist. 1. Igitur qui tantum 18. annos sunt adepti, non possunt in arbitros, seu delegatos ex consensu partium eligi. Quibus difficultatibus minime obstantibus vera est praesens Gregorii IX. decisio, cuius ratio eo ex provenit; nam cum Ratio de eisdem.

Principi agnoscat atatis defectum, & nihilominus in delegatum eligat, creditur cum eo dispensasse. Ludovicus Gomez in d. e. Statutum, n. 17. Moneta de conservat. c. 5. n. 159. Barb. ubi supra. Si tamen in minore 20. annis partes consentiant, ut ab inferiore Magistratu iudex datur, valebit delegatio; ex d. l. quidam consuevit, confirmata hac Gregorii decisione; nam cum consensu partium adest similiter auctoritas delegantis, qua supplet defectum atatis, consentientibus ipsis litigatoribus. Quare singulari, quae non prodest, videlicet delegatio iudicis, aut consensu partium, conjuncta iuvant, in d. e. iudicium iustitiam ipsius delegationis, ut docent P. Barbosa, & Mandosius ubi supra.

Nec obstat prima difficultas supra adducta; nam omnia illa satis vexata quaestione, quam videlicet atas iure Pandectarum desideretur ad iudicandum? quam late examinant ultra supra relatos Goveanus in l. 2. ff. de iurisdic. Matrilus de Magistr. l. 2. c. 5. Cujacius in l. n. C. qui atate, l. 10. Donellus l. 17. comment. c. 24. Narbona de atate, anno 25. g. 31. dicendum est, in presenti non agi de iudice ordinario, sed de delegato; unde licet daretur atatem 25. annorum desiderari in iudice ordinario; non tamen inde inferitur, idem observandum esse in iudice delegato. Nec augmentum ipsius difficultatis refragatur; nam illud procedit attento iure novo Bonifacii VIII. post cuius decisionem delegatas, aut conservator ejus atatis esse debet, quem requirit qualitas illa tribuens habilitatem ad delegati, vel conservatoris munus; ut si quis delegatus, aut conservator detur, quia Abbas, Archidiaconus, aut obtinens personam in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiali, eam atatem debet habere, quae ad Abbatiam, Archidiaconatum, talemve personam desideratur, ut latius persequitur Moneta d. e. de conservatorib. n. 155. Nec tertia difficultas refragatur, pro cuius solutione sciendum est, valde controversum esse apud interpretes, quamnam atas in arbitris praesentibus sit? Aliqui existimant, arbitrum debere esse majorem 18. annis: ita Glossa in presenti, Blancus de compromissis, qu. 2. n. 22. Antonius Gomez l. 3. variat. c. 1. n. 55. Menochius de arbitrariis, l. 2. centuria 6. casu 540. n. 40. Galda Pereyra in l. si curatorem, verbo licet contractum, n. 44. C. de in integrum restitut. & dicant communem Vivius l. 2. commun. opin. spin. 506. Goveanus in l. 2. ff. de iurisdic. n. 8. P. Faber in l. 2. ff. de regul. iuris, alii congehi ab Oualdo lib. 17. comment. c. 24. littera G, pro qua opinione expendunt primo praesentem decisionem, secundo textum in lib. cum lege 41. ff. de recipis, ubi asseritur, lege Julia iudicialia cautum fuisse, ut

minor 20. annis cogere arbitrium suscipere: igitur si velit compromissum acceptare, valet. Tertio & illud argumentum adducunt, nam qui iudices dari possunt, & arbitri recipi valent; sed majores 18. annis, licet minores 20. iudices esse possunt, l. quidam 57. ff. de re iudicata, l. unica, ff. de officio Consulis, l. Prator 12. ff. de iurisdic. ubi natura tantum impuberes iudicare prohibentur, l. 1. §. 2. ff. de postulando, ubi major 17. annis potest de iure respondere: igitur & arbitri designari valet. Sed arbitrum debere eligi eum, qui vigesimum annum obtineat, docuerunt P. Greg. lib. 47. synagm. c. 9. n. 16. Donellus l. 17. comment. c. 24. & in d. l. quidam, Matrilus de Magistr. l. 2. c. 3. n. 2. Quam opinionem iure communi inspecto veriore reor: nec ea retenta obstat prioris sententiae fundamenta. Non praesens decisio, quae procedit in iudice delegato ex consensu partium designato non vero in arbitro ex mere consensu partium electo: unde cum in iudice delegato cum consensu partium concurrat auctoritas delegantis, ideo habens 18. annos potest delegatus creari, at vero in arbitro nulla auctoritas dantis, sed tantum partium consensu adest, ut minor 20. annis in arbitrum eligi non valet. Quo modo etiam accipiendi sunt textus in l. 4. tit. 5. part. 3. l. 4. tit. 15. l. 2. ord. Nec etiam facit pro contraria opinione textus in d. l. cum lege 41. argumento a contrario deducto, quod ex eo textu deduci non valet; nam si Callistratus docet, minorem 20. annis cogi non posse arbitrum dicere, expresse supponit, arbitrum suscipere non valere, cum ex edicto Pratoris omnes arbitri ex consensu partium electi possent cogi arbitrum dicere, l. non distinguimus, cum suis §. ff. de arbitris: igitur si non potest cogi, nec eligi valet, ut docet Bronchorst centuria 1. asser. 65. omnis solutio solutionis traditus a Fabro in suis textibus rationalibus, Oualdo l. 17. ab Donellum, c. 24. littera G. Vultejus de iudicis, c. 1. n. 100. Narbona de atate anno 35. g. 33. Hodie tamen cum atas 26. annorum ad iudicandum praesentibus sit, l. 2. tit. 9. l. 3. recipit, abrogatis, seu expostis l. 5. tit. 4. part. 3. l. 3. tit. 9. l. 3. recipit, crederem arbitros etiam 25. aut 26. annos habere debere, quod & docet Narbona anno 25. quass. 33. Nec tandem facit pro alia sententia textus in d. l. quidam; nam in eo sententia prolata a minore 20. annis, sustinetur ex dispensatione Principis, qui potest in atate Magistratuum dispensare, ut supra probavi, & docent Vultejus de iudicis lib. 1. cap. 1. num. 99. Altamirano in lib. 1. C. de iuris official. c. 4. n. 9. Amaya in lib. 2. C. si servus sua liber, ex n. 23.

Difficultas
tur diffi-
cultates.

C A P U T XLII.

Idem.

U^{NO} a delegatorum, vel b arbitratorum (sicut proponis) rebus humanis exempto, eorum officium expiravit. Nisi aliud in e delegatione, aut compromisso fuisse expressum.

N O T A E.

a **Delegatorum.** Uno enim ex iudicibus delegatis defuncto, aliorum expirat etiam iurisdicatio, ut docent V. Ghellius in meth. iuris con. pag. 211. P. Gregor. in c. scilicetatus, de rescriptis, Matienza in l. 12. glossa 1. tit. 4. l. 5. recip. Farinacius in fragm. 2. p. verbo iudex, n. 773. quam partem expolui in c. scilicetatus, de rescriptis, c. quoniam 14. hoc tit. & explicat Castillo l. 5. controv. c. 130. n. 7.

b **Arbitratorum.** Arbitrorum morte, & compromittentium finiri compromissum, probabimus in c. fin. de arbitris. Non idem procedit defuncto uno ex executoribus datis ad testamentum faciendum, vel exequendum, ut pro interpretatione textus in c. fin. §. sane, de testam. l. 6. docent Carpio de execut. l. 3. c. 2. per totum, Barbosa anno 19.

c **Delegatione.** Adjecta videlicet clausula, Quod si non ormes, quam illustravi in d. c. scilicetatus.

C A P U T F I N A L E.

a Idem.

Q^{UONIAM} Apostolica Sedes intendit providere negotiis, & non personis, quibus eadem committuntur, si iudex tertius, licet ex officio nostro, vel de assensu partium pro communi a nobis datus eisdem, alii delegaverit vices suas (cum delegato a Principe id concedatur a iure) delegatio valebit ipsius. Idem quoque dicendum est, cum mandatur Episcopo, ut cum altero suorum conjudicum mandatum Apostolicum exequatur & tunc sine subdelegato ab ipso Episcopo reliqui duo procedere non valebunt. §. Is autem, qui in iungitur, ut personaliter negotium exequatur, potest (dummodo partes consentiant) hoc alius delegare, praterquam si inquisitionem fieri, vel Ecclesiam de Praelatis, vel alius ministris provideri mandavimus; cum in his omnibus casibus induriam, & fidem persona, cui talia committimus, eligere videamur. §. Ceterum (salva Legatorum Sed. Apost. auctoritate) nulli, qui commissum fuerit praedicare Crucem, excommunicare, vel abolvere aliquos, dispensare cum irregularibus, vel inungere penitentiam, licet hac de cetero aliis demandare; quia non sibi iurisdicatio, sed certum ministerium potius committitur in hac parte.

N O T A E.

a **Idem.** Gregorius IX. videlicet, qui a nemine consultus, sed motu proprio praesentem edidit constitutionem, ut explicaret potestatem delegandi, seu subdelegandi, cum

mandata est iurisdicatio, aut nadum ministerium commissum: quam potestatem expolui in cap. 3. hoc titulo, & pro conciliatione praesentis textus cum capite finali, de off. Ordin. repetenda sunt adducta in commentario dicti capitis finalis.

T I T U L U S XXX.

De officio Legati.

C A P U T P R I M U M.

Alexander III. a Universi Suffraganeis b Cantuar. Ecclesia.



UM non ignoretis, venerabilem fratrem nostrum Cantuar. Archiep. vobis non solum Metropolitanam, sed etiam e Legationis iure praesentem; mirabile satis est, quod quidam vestrum, sicut audivimus, assererent praesentem, quod idem Archiepiscopus nullam causam de Episcopatibus vestris, sive Metropolitanis, sive Legationis iure audire debeat, nisi per d appellationem perferatur ad ipsum. Sane licet Metropolitanico iure audire non debeat causam de Episcopatibus vestris, nisi ad eum per ap. deferatur, tamen Legationis obtentu universas Ecclesiasticas causas de ipsis Episcopatibus, quae per ap. vel quoniam aliorum perveniant ad audientiam suam, audire potest, & debet, sicut qui in provincia sua vices nostras gerere comprobatur. Mandamus itaque, & praecipimus, ut causas, quae de Episcopatibus vestris ad eundem Archiepiscopum perferantur, ejus iudicio relinquatur, nec quemlibet clericum vel laicum vestra iurisdictionis deterrere, vel impedire tentetis, quominus causam ad praesatum Archiep. si voluerit, possit transferre.

N O T A E.

a **Universi.** Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. unico, videlicet 23. Episcopis, qui ut suffraganei parent Archiepiscopo Cantuariensi, quorum Sedes erant Gandens in Republica Anglis, Carolus a S. Paulo in Geographia sacra, Barbosa par. 1. de post. Episcop. in notitia Episcop.

b **Cantuar. Suffraganei.** De huius Ecclesiae origine, & amplitudine aliqua adduxi in c. 2. de rescriptis.

c **Legationis.** Inter alia Cantuariensium Praesulum privilegia non minimum olim fuit jus Legationum; illi enim Legati nati Sedis Apostolicae erant: ita enim scribit Joannes Papa XII. in litteris ad S. Dunstanum Archiepiscopum Cantuar. apud Malmsb. l. 1. Pontif. pag. 212. Primum itaque tuum, in quo tibi ex more antecessorum tuorum vices Apostolicas servare exercere convenit, ita tibi ad plenum confirmamus, sicut B. Augustinus, eiusque successores praefate Ecclesiae Pontificis habuisse dignoscuntur. Unde Godefridus in sua Brit. pag. 239. abbas 196. Cantuariensium Archiepiscopi erant Legati Pontificis Romani, & (ut Urbanus Secundus aiebat) velut alterius orbis Patriarchae: & Godefridus in vita Theobaldi Archiepiscopi pallium accepit Romae ab Innoc. II. a quo etiam titulo donatus est Legati nati, qui ab omnibus successores iam inde semper retentus est. Et prius in vita Rodulphi Archiepiscopi: Rodolphus Sedi Cantuariensi privilegium antiquum concessum asseruit, ut illius Ecclesiae Archiepiscopi Sedis Apostolicae Legati nati perpetuo haberentur. Parker, in antiq. pag. 23. Pontifices Romani Cantuarienses Archiepiscopi, ut suos Legatos nominabant, ut auctoritatem, quam iure suo obtinebant, a Sede Romana firmere viderentur.

urbare non praesumant, sed nec etiam contra clericos, & inaeve personas Ecclesiasticas, nisi Episcopo prius requisito. Quare in omnibus causis ad forum Ecclesiasticum pertinentibus coram loci Ordinario instantiam tractandam, & intendam esse docent innumeri congehi a Barb. in d. c. 20. Conc. Tr. Salg. de retent. balliarum 2. p. c. 3. Archiepiscopus Cantuariensis, quantumvis Legatus natus Sedis Apostolicae, non potest per viam quereae adiri, cum per consequens prima instantia tollatur ab Ordinario suffraganeo. Augerur hac dubitandi ratio ex eo, nam Legati Sedis Apostolicae exequati sunt Legati Proconsularium, c. 2. hoc tit. l. 6. sed Legati Proconsularium, iro & ipsi Proconsules intra Urbem tantum voluntariam, non contentiosam exercere poterant iurisdictionem, l. 2. in principio, ff. de officio Proconsulis: igitur & Legati Sedis Apostolicae iurisdictionem contentiosam exercere non possunt.

Hac difficultate non obstantem vera est praesens decisio, ad cuius expositionem primo praemittendum est, Legatum a legando, imo & legendo dictum esse, quasi prius lectus, & electus, ut publicum negotium peregre, & auctoritate publica agat, & pertractet. Occurrunt enim plerumque negotia, quae nisi per Legatos expediri nequeant, ut sunt, quae cum abentibus agenda, & pertractanda veniunt, nam litterarum ministerio eunda committere, & eorum fidei, periculosam esse, nec possunt calamo peragi, quae exploranda magis, quam tractanda sunt, & mutuo, praesentique colloquio egent: quare Legati officium iam olim in usu apud varias nationes fuisse legitimus ad expedienda publica belli, aut pacis negotia. Mittuntur autem Legati a Principe ad Principem, l. fin. ff. de Legatis a Rebus publicis ad Respublicas, l. 1. C. ad. tit. qui dicebantur Legati cum adjectione talis provinciae, ut Legatus Galliarum, in lib. testum 2. v. Ideoque, ff. de testibus. Legatus Lugdunensis, lib. Spadonem 15. §. si quis 17. ff. de excusat. tutor. Aquitaniae, in l. 12. ff. de custodia reorum. Gallia in l. 2. ff. de custodia reorum: Gallia in l. 2. ff. de iure in rem. Namque in lib. nam 7. ff. de legat. praesentibus. Et illi negotia publica cum exteris gentibus disceptabant, ut Belisarius eos descripsit apud Procopium lib. 2. belli Persici, non tamen ullam iurisdictionem exercebant; cum iurisdictionem autem suos Legatos mittebant Proconsules, & Praefides, de quibus in titulo, ff. de officio Proconsul. lib. 2. C. de apparitionibus, l. 12. l. 7. ff. de officio Praefidis, qui dicebantur Legati Proconsulis, & Praefidis, l. non est 7. ff. de manum. vindictis, l. maris 9. §. 2. ff. de panis, quibus maxime conveniunt Legati nati, seu missi cum iurisdictione, de quibus in presenti titulo agemus, ut jam notavit Petrus Marcha l. 5. concord. Sacrae. Imper. c. 1. Inferiores ad Principem Legatos proprie non mittunt, nec huiusmodi Legati possunt privilegii, & prerogativis aliorum Legatorum superiorum Principum, de quibus in l. finali, ff. de legationibus, l. sanctum 8. de decess. reorum, l. lege Julia 7. §. finali, ad leg. Jul. de ut publicis, l. 2. §. finis post eos, vestitus, Deinde, §. ff. de origine iuris, c. ius gentium 2. l. dist. l. 9. tit. 25. part. 7. l. 25. tit. 18. part. 3. l. unicas, tit. 8. l. 6. recipit, in quibus Legatorum persone sanctae dicuntur, quia nullo modo laedi possunt, aut violari, ut probant Diarenes l. 1. dist. c. 37. Emanuel Suarez l. 1. observat. c. 10. & 15. Petrus Faber l. 2. semel, c. 1. Durantius Cassellus l. 1. variat. c. 1. Marquez in Governat. Christ. l. 1. c. 27. & l. 2. c. 37. D. Joannes a Solorzano l. 2. de iure Ind. l. 2. c. 20. n. 27. Imo subditorum Legati illis tantum privilegii fruuntur, quae illis a Principe conceduntur, de quibus in titulo ff. Cod. de legationibus, lib. 2. §. Legati, cum sequentibus, l. si quis 8. l. non alias 24. cum seqq. usque ad leg. 28. l. cum servitus 39. §. fin. l. si uxor 42. ff. de iudicis, l. eum, qui §. 1. ff. de constit. pecun. lib. si Legatus 30. ff. ad Trebell. l. finali, §. Legati 22. ff. de numer. l. 2. C. de numer. & honor. l. 10. l. hoc 12. ff. de accusat. l. Titio 36. ff. ad municipi. l. Legati 8. ff. ex quibus causis, lib. tutor. 35. §. fin. ff. de iurage. plura de his Legatis publicis, & eorum legationum iuribus congesse relati a Solorzano d. n. 27. quibus addendi sunt Brillionius de formalis, pag. 276. Scombornerius l. 3. polit. C. capitol. Clapmarus de iure Imperii, lib. 1. cap. 18. Belodius tom. 3. polit. dissert. de Legatis, eorumque iure, Bargenis centuria 1. observat. 96. Petrus Herodius lib. 10. rerum jud. tit. 19.

C O M M E N T A R I U M.

Exclusio
probat.

EX hoc textu talis deducitur assertio: Legatus Pontificis in Provincia sua Legationis etiam per simplicem querelam adiri potest. Probat eam textus in c. cum inter, juncta integra, cap. cum venerabilis 7. de cons. c. 2. hoc tit. in 6. c. officii 58. de elect. c. veniens, de V. S. c. si Abbatem, de dec. l. 6. Illustrant ultra relatos a Barbosa in presenti, & l. 1. iuris Ecol. c. 5. n. 77. Pet. Greg. l. 5. part. tit. 3. c. 2. Caesar de Ecol. hierat. disp. 3. §. 2. n. 3. Sahagan ad hunc titulum, n. 7. Corvinus l. 1. aphorisi, tit. 20. Fragulo de regim. Christ. resp. pag. 2. l. 4. dist. 19. §. 5. Merinus l. 1. exercit. c. 21. Morta de iurisd. tit. 2. n. 105. Gamba de off. Legati l. 8. n. 7. Causus in summis huius tituli, Lelius Crecus de republ. tit. de statu Legati, n. 3. Zetola in practi. verbo Legatus, Azor Testim. moral. 2. p. l. 5. c. 28. Pileficus in c. duo 9. de officio Ordinarii.

Impugnatur
tradit
asserit.

Sed adversus hanc assertionem insurgit potest sequenti consideratione. Ecclesiasticus ordo confunditur, si sua unicusque iurisdictioni non servetur, & ab Ordinario anferatur prima instantia cognitio. Leo Pontifex X. in constitutione lata in Conc. Later. an. 1515. in illis verbis: "Et cum Ecclesiasticus ordo confundatur, si sua unicusque iurisdictioni non servetur, Ordinariorum iurisdictioni quantum cum Deo pollamus favore, ac libius celerius finem imponi, & litigantium immoderatis sumptibus, & expensis pariter fatigantes, statumus, & ordinamus, quod singulae, tam spirituales, quam civiles, & mixtae, forum Ecclesiasticum quomodolibet cogentes, in prima instantia extra Romanam Curiam, & in partibus coram Ordinariis locorum dantur cognosci, & terminari valeant. Unde PP. Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 20. ita statuerunt: Legati quoque etiam de latere, Nuntii, & Governatores Ecclesiasticis, aut alii quarecumque facultatum vigore, non solum Episcopos in praedictis causis impedire, aut aliquid modo eorum iurisdictionem iis praeripere, aut